



jiciuntur, cedis, atque vulnerum respondeas: et tunc ex eventu cause  
judex estimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi  
prior<sup>2</sup> inscriptionem deposuisti. — P. P. 5 id. Martii, TERTULLO et  
CLEMENTE CONSS. 196.

## 2. Imp. ANTONINUS A. Ingenuo.

Si cautiones quibus Secundinus solutam Eugenio pecuniam probare  
se dicit, tutores<sup>3</sup>, vel curatores tui suspectas, ut falsas habent: proprio  
nomine (cum non licet alieno) non prohibentur in crimen falsi subscri-  
bere. Nec enim facile, vel tutores, vel curatores, qui ex officio periculo  
[suo] res pupillorum, vel adolescentium administrant, sententia nota-  
tur, nisi evidens eorum calunnia<sup>4</sup> judicant apparebit. — P. P. 12 ka-  
lend. octobr. ANTONINO A. et GETA CONSS. 206.

## 3. Imp. ALEX. A. Rufo.

Qui crimen publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittan-  
turi, nisi prius<sup>5</sup> inscriptionum pagina praecesserat, et fidejussor<sup>6</sup> de  
excercenda lite adhibitus fuerit. Sin vero post satisfactionem presentes  
non fuerint, [edictor] admonendi sunt, ut veniant ad causam agendam:  
et si non adfuerint, non solum extra<sup>7</sup> ordinem estimatione judicis pu-  
niendi sunt, sed etiam sumptus quos in eam rem, et circa ipsum iter<sup>8</sup>  
ad item vocati fecerunt, dependere cogentur. — P. P. 3 non. febrar.  
ALEXANDRO A. CONSS. 223.

## 4. Idem, A. Dionysio.

UXOR<sup>9</sup> tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat, aeatet pra-  
sidem provincie. — P. P. 16 kal. Jul. ALEXANDRO A. CONSS. 223.

## 5. Idem, A. Marcellino.

Senatusconsulto permisum non est mulieri legis Corneliae criminis  
reum facere, nisi res ad eam<sup>10</sup> pertineat. Cum igitur filii tutores<sup>11</sup> vel  
curatores habeant, ipsi deliberare debent, an instrumenta ex quibus ad-  
versarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant.  
— P. P. kal. octobr. ALEXANDRO A. CONSS. 223.

## 6. Idem, A. Probo.

Accusationem a qua discidero<sup>12</sup> te professus es, repeterem non debes.  
— P. P. 5 non. Maji, JULIANO 2 et CRISPINO CONSS. 223.

## 7. Idem, A. Felici.

Si ea qua crimen intendit, cognitionem moratur: certa<sup>13</sup> perferenda  
accusationis tempora judex competens præstet: intra qua si agere su-  
persederit, renunciasse cause intelligitur. — P. P. 18 kal. septembr.  
AGRICOLA et CLEMENTE CONSS. 231.

## 8. Imp. GORDIANUS A. Cajo militi.

Non prohibentur milites<sup>14</sup> accusationem que publii judicij instar ob-  
tineat, intendere, si<sup>15</sup> suam suorumque injuriam exequantur. Ideoque  
consobrini tui necem defendere tibi permittimus. — P. P. 17 kalend.  
August. PIO et PONTIANO CONSS. 239.

## 9. Idem, A. Severia.

Non ignorat competens judex, eam, que ultiōnem, et mortem filii  
persequi allegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi  
prius matrem se esse probaverit. — P. P. 6 non. Mart. GORDIANO A.  
et AVIOLA CONSS. 240.

10. Idem, A. Mucatruo militi<sup>16</sup>.

Si crimen ad tuam tuorumque injuriam perlensis exequaris, solemni-  
bus te inscriptionibus adstringe, ut præsidem provincie habere judicem  
possis. — P. P. 1 kalend. Aug. GORDIANO A. et AVIOLA CONSS. 240.

## 11. Imp. PHILIPPO A. et PHILIPPO C. Saturnino, et alii.

Data opera partis adversa res vestras incendio<sup>17</sup> exarsas esse assevera-  
entes, crimen legis Corneliae de sicariis exequi potestis. — P. P. 15 ka-  
lend. Jul. PEREGRINO et AEMILIANO CONSS. 245.

## 12. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Corinthæ.

De crimine quod publicorum fuerit judiciorum, mulieri<sup>18</sup> accusare non  
debet.

2. L. 5, infr. h. t.; L. 17, infr. tit. prox. — 3. L. 5, vers. cum igitur, infr. h. t.; L. 2, supr. de his quibus ut indigen.; L. 14, D. ad SC. Turpili; add. L. 18 2 8, D. de iure fischi. — 4. L. 15, 2 2, D. ad SC. Turpili; L. 22, D. de his que ut indigen. — 5. L. 10, infr. h. t.; L. 16, L. 17, infr. et L. 7, in pr. D. de accusat. — 6. L. 7, 2 1. — 7. L. 2, in fin. infr. ad SC. Turpili. — 8. L. 1, de iudicio. — 9. L. 5, infr. h. t. — 10. L. 4, supr. L. 9, L. 12, infr. edid. L. 1, de accusationib. — 11. L. 2, supr. h. t. — 12. L. 5 in fin. L. 4, infr., et L. 2, D. ad SC. Turpili; L. 7, infr. h. t. — 13. L. ult. infr. ut intra cert. temp.; L. 18, D. de accusat. — 14. L. 8, D. d. t. — 15. L. 10, infr. h. t. — 16. L. 8, supr. cod. — 17. L. 1, D. ad leg. Corn. de sicariis. — 18. L. 5, supr. h. t. — 19. L. 18, infr. cod.; L. 1, 2 10, D. de questionib. — 20. add. L. 5, supr. de patre, potest. — 21. L. 4, L. 8, L. 11, D. de accusat.; add. L. 1, supr. de advoc. divers. judic. — 22. L. 8, in fin.; L. 12, 2 2, D. de accusat. — 23. Fec. L. 20, infr. h. t. — 24. Fec. L. 11, 2 1, D. de accusat. — 25. L. 15, supr. h. t. — 26. Add. L. 4, D. de accusat. — 27. L. 6, L. ult. infr. de delatorib.; L. 10, tit. 11. — 28. L. 6, 2 5, supr. de his qui ad ecclesiast. — 29. Add. L. 7, in fin. infr. ad leg. Jul. majest. — 30. L. 8, D. de accusat.; add. L. 20, supr. h. t. — 31. Excip. L. 58, 2 9, D. ad leg. Jul. de adult.

permittitur: nisi certis ex causis, id est, si suam suorumque persecutur  
injuriam secundum antiqui juris statuta tantum de quibus specialiter ei  
concessum est, non exacta subscriptione. Unde aditus præses provincie in  
primis examinabit, an tale sit crimen cuius accusationem mulier subire  
non prohibeat. — S. 5 kal. Maij, AA. Covss.

## 13. Idem, AA. et CC. ad Asclepium.

Si magnum et capitale crimen ac non leve frater<sup>19</sup> contra fratrem suum  
instituit, non solum audiendum non est, sed etiam exilio pena plectendus  
est. — Dat. 10 kal. febr. CC. CONSS.

## 14. Idem, AA. et CC. Elie.

Propter insidias quas tua vita paratas contendis, accusationem apud  
præsidem provincie contra filium<sup>20</sup> tuum, si pietas et ratio naturalis  
animi tui non revocat, intentionem constituere potes. — S. 16 kal.  
Mart. CC. CONSS.

## 15. Idem, AA. et CC. Lupioni.

Criminis accusationem instituere cum periculo calumniae, si tibi exis-  
titatio<sup>21</sup> integra est, minime prohiberis. — S. 5 kal. Mart. CC. CONSS.

## 16. Idem, AA. et CC. Callutico.

Cum rationibus juris congruit desiderium tuum, postulantis accusatio-  
nem tertium<sup>22</sup> ei, qui duos reos delatos habet, non permitti contra legis  
prescripta, nisi suas suorumque injurias quis persecutur. — S. 12 kal.  
decembr. NICOMEDIA, CC. CONSS.

17. Pars sententia corundem AA. et CC. Dat. 5 id. Jan. DIOCLETIANO  
et MAXIMIANO AA. CONSS.

Iniquum et longa seculi nostri beatitudine esse credimus, ut Thau-  
masius accusandi ejus habeat facultatem, in cuius domo<sup>23</sup> eum (licet in-  
genuum) a prima astate tamen fuisse constabat. Quare ex nomine Thau-  
masius merito super conflictu criminis cum Symmacho conquescat. Si quam sane  
civilem<sup>24</sup> petitionem idem Thaumasius sibi compete confidit: judicio  
præsidi poterit experiri.

## 18. Idem, AA. et CC. Juliano.

Si sororem<sup>25</sup> [tuam] leviorum commissorum ream facis, accusationem  
non prohiberis exercere in judicio præsidi: quo temerarie commissa,  
congrua ultiōne plectantur. — Dat. 3 kal. Mart. DIOCLETIANO 9 et MAXI-  
MIANOO AA. CONSS. 304.

19. Imp. VALENTIN., VALENS et GRATIANUS AAA. Laodiceo præfecto  
Sardinie.

Neganda<sup>26</sup> est accusatis, [qui non suas suorumque injurias exequan-  
tor, licentia criminandi in pari vel minori criminis,] priusquam se cri-  
mine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum juris conditorum:  
[ita tamen,] ut et ipsi inscriptions contra eos etiam pendente accusatione  
deponere possint. — Dat. prid. idib. August. Carnunti, GRATIANO A. 3  
et EQUITIO V. C. CONSS. 374.

## 20. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Eutychiano P. P.

Si quis<sup>27</sup> ex familiaribus<sup>28</sup> vel ex servis cujuslibet domus cujuscum-  
que criminis delator atque accusator emerserit, ejus existimationem, ca-  
put, atque fortunas petitorum, cuius familiaritati vel dominio inhaeserit:  
ante exhibitionem testium, atque examinationem judicij, in ipsa expo-  
sitione criminum, atque accusationis exordio, ultiō gladio seriatur. Vo-  
cem enim funestam amputari oportet potius, quam audiri. Majestatis<sup>29</sup>  
autem crimen [tantum] excipimus. — Dat. 6 id. novembr. CONSTANTI-  
NOP., CESARIO et ATTICO CONSS. 397.

## 21. Imp. HONORIUS et THEOD. AA. consulibus, prætoribus et trib. pleb.

Si liberti<sup>30</sup> accusatores manumissorum heredumve esse præsumpe-  
rint<sup>31</sup>: eodem, quo servi supplicio tenebuntur, luituri penas ante pro-  
hibita delationis exordio. — Dat. 7 id. Aug. RAVENNÆ, ASCLEPIO-  
DOTO et MARCIANO CONSS. 425.

## 22. Imp. HONORIUS et THEOD. AA. consulibus, prætoribus et trib. pleb.

Si liberti<sup>32</sup> accusatores manumissorum heredumve esse præsumpe-  
rint<sup>33</sup>: eodem, quo servi supplicio tenebuntur, luituri penas ante pro-  
hibita delationis exordio. — Dat. 7 id. Aug. RAVENNÆ, ASCLEPIO-  
DOTO et MARCIANO CONSS. 425.

## 23. Imp. HONORIUS et THEOD. AA. consulibus, prætoribus et trib. pleb.

Qui de crimen publico in accusationem deductus est, ab alio<sup>34</sup> super  
codem criminis deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima cri-  
minis nascuntur, et de uno crimen in accusationem fuerit deductus: de<sup>35</sup> altero  
altero non prohibetur ab alio deferri. Judex autem super utroque criminis  
audiens jam accommodabit. Nec enim licet ibi ei separata<sup>36</sup> de uno cri-  
mine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero  
quoque crimen fiat. — P. P. 4 kal. sept. BASSO 2 et QUINTIANO CONSS. 289.

## TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS<sup>1</sup>, ET INSCRIPTIONIBUS.

## 1. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

Eos, qui terminos effuderunt, extraordinaria<sup>2</sup> animadversione coerci-  
teri debere, præses provincie non ignorabit. — P. P. 5 kal. Aug. ALEXAN-  
DRO A. CONSS. 225.

## 2. Idem, A. Syro.

Si cuidam criminis obnoxius servus<sup>3</sup> postulatur, dominus eum defendere  
potest, et in judicio sistere, accusatoris intentionibus responsorum. Post  
probationem autem criminis, non<sup>4</sup> ipse dominus; sed servus pro suo  
delicto condemnationem sustinet. Ideo enim servus suum domino defen-  
dere permisum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre. —  
P. P. 41 kal. decembr. ALEXAND. A. CONSS. 225.

## 3. Idem, A. Stephanidi.

Reos capitalium criminum absentes<sup>5</sup>, etiam per procuratorem defendi,  
leges publicorum judiciorum permittent<sup>6</sup>. — P. P. 4 non. novembr.  
MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

## 4. Imp. GORDIANUS A. Archelao.

Si accusatoribus absentibus, et non per contumaciam<sup>7</sup> adesse judicio  
cessantibus, ex una<sup>8</sup> postulatione aditus præses provincie non causa cog-  
nitia sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulisti, liberan-  
dum existimat: criminazione etiam nunc perseverante, qua contumacia,  
vel cessatione accusatorum non interveniente auferri non potuit: causa  
intentiati criminis apud<sup>9</sup> eundem, vel successore eius more judiciorum  
tractabatur. — P. P. non. Mart. GORDIANO A. 2 et POMPEIANO CONSS. 242.

## 5. Idem, A. Paulino.

Non<sup>10</sup> ideo minus crimine, sive atrocium injuriarum judicio tenetur<sup>11</sup>  
is, qui in justam accusationem incidit, quia dicit alium se hujusmodi  
facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu præter principalem reum,  
mandatorum<sup>12</sup> quoque ex sua persona convenient posse ignotum non est.  
— P. P. 5 idib. septembr. GORDIANO A. 2 et POMPEIANO CONSS. 242.

## 6. Idem, A. Avidiano.

Absentem capitali criminis accusari non<sup>13</sup> posse, sed requirendum  
tantummodo annotari<sup>14</sup> solere, si desit, vetus jus est. Et ideo cum absen-  
tem te et ignorantem, cui nunquam ullum crimen denunciatum esset,  
per injuriam a præside provincie in metallum damnatum esse dicas:  
quo magis in presenti te agente (ut asseveras) jam nunc fides veri possit  
illuminari, præfectum prætorio adire cura: qui quidquid novore possit  
contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua justitia  
reformabit. — P. P. 4 non. april. ARIANO et PAPPO CONSS. 244.

## 7. Idem, A. Proculo.

Ea quidem, que per officium<sup>15</sup> præsidibus denuntiantur et citra so-  
lennia accusationum posse perpendi incognitum non est. Verum si falsis  
necne notoriis insinulatum sit, perpenso judicio dispici debet. — P. P. 8  
id. Jan. PEREGRINO et AEMILIANO CONSS. 245.

## 8. Exemplum sacrarum litterarum DIOCLET. et MAXIMIAN. AA.

Si quis se injuriam ab aliquo passum putaverit, et querelam deferre  
voluerit, non ad stationarios<sup>16</sup> decurrat, sed præsidem aeatet potesta-  
tem, aut libellos offensorum, aut querelas suas apud acta deponens. — P.  
P. sine die et consule.

## 9. Idem, AA. Honorato.

Qui de crimen publico in accusationem deductus est, ab alio<sup>17</sup> super  
codem criminis deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima cri-  
minis nascuntur, et de uno crimen in accusationem fuerit deductus: de<sup>18</sup> altero  
altero non prohibetur ab alio deferri. Judex autem super utroque criminis  
audiens jam accommodabit. Nec enim licet ibi ei separata<sup>19</sup> de uno cri-  
mine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero  
quoque crimen fiat. — P. P. 4 kal. sept. BASSO 2 et QUINTIANO CONSS. 289.

Tr. II. — 1. Lib. 48, D. 2. — 2. L. 1, L. 2, L. 3, D. de term. moto; L. 4, 2 4, D. fin.  
regund. — 3. L. 17, D. h. t.; L. 11, D. de public. jud.; L. 19, D. de penis. — 4. L.